



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 97. Galliarum Regis copiæ extra Regni sines in aciem ductæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

cinensis Comes, Petrus Brezeus, & Ber. Sæcul. XV.  
trandus de Beauveau.

A.C. 1444.

§. XCVI.

*Induciæ in Turonensi conventu  
paetæ.*

Actum cum eadem obstacula, quæ olim pa- *Joan. Char-*  
cem impediebant, necdum e medio *tier. hift.*  
sublata essent, ægre unius anni induciæ *Car. VII.*  
obtineri poterant, quæ a die quinta deci-  
ma Maji inchoatæ, nihilosecundus usque ad  
annum millesimum quadringentesimum  
quadragesimum octavum subinde proro-  
gatæ fuerunt, pacto etiam connubio, quo  
Margarita Renati Andegavensis Ducis  
Filia Angliæ Regi jungeretur.

§. XCVII.

*Galliarum Regis copiæ extra Regni  
fines in aciem duæ.*

Franciæ Rex, cum copias suas pluri-  
mum auctas cerneret, paucasque in-  
duicias haud fore diuturnas pertimesce-  
ret, illas a signis dimittere nec poterat,  
nec debebat. Quapropter eas ad exte-  
ram belli expeditionem e Regno educe-  
re constituit; nec illi deerat occasio e re-  
nata. Jam dudum enim Fridericus Im-  
perator, & Sigismundus Austriæ Dux il-  
lius frater adversus Helytios subsidia-  
rium

**Sæcul. XV.** rum petebant militem, Renatus quoqne  
**A.C. 1444** Andegavensis a Metensibus debitas sumi  
 poenas postulabat, eoque pluribus injuriis ab eis affectus fuisset. Præterea Montbelligardensis Prætor sæpius fervente bello Franciæ regiones infestis armis invaserat, hujus ergo temeritatem Rex plectere decrevit. Inde igitur sat ampla offerebatur occasio, ut exercitum suum extera expeditione occupare posset. Hanc ob caussam Delphinus præter octo Anglorum millia, qui sese illi adjunxerant, eumque supremum exercitus Ducem venerabantur, suas quoque copias ferme quatuordecim millia equitum, peditumque quamplurimos prope Lingtonas contraxit, accepto negotio, ut primo ad Monti-Belligardi oppidum tenderet, indeque Basileam urbem aggrederetur, ut incusso armorum metu Synodi Patres ad tollendum schisma compelleret, demum vero in Helvetiorum Pages prædatum excurreret. Vix Delphinus Monti-Belligardo castra admovebat, dum illico hujus urbis Dominus illius possessionem ei ad annum concescit. Post hæc exercitus, transmissio per Cæfarem, & Austriæ Ducem itineris ductore, in loco Argentinam inter & Basileam castra posuit, & plurima oppida cepit.

§. XCVIII.